ꝑegrinatiōes,flagella,ſtatis dieb⁹ ieiunia,uota etiā & mo-
noſtica,ceremoniaꝝq; ritus. Manet libeꝝ arbitriū, actuū
ſuoꝝ cā ſubefficiēs,manent iuſtoꝝ merita, q̃ & alijs frugi
ſunt,neutiq; mortaliſſima,etiā ſi intret in iudiciū cū ſeruis
ſuis dn̄s, Manēt participatōes, fraternitates,p̄ces ,p defun
ctis,purgatoriū,cātus Gregorian⁹,decātatio pſalmorum,
aiaꝝ q̃rundā mox poſt corpis exuitionē beatitas, ſctōꝝ in
terceſſio,atq; uenerāda imago, Manet obediētia quā p̄la- I.Pe.II.
tis etiā diſcolis debem⁹,propter irā & cōſciētiā,& reliq̃ id Roma.vi.
genus,cōtra q̃ infrunitiſſime deblaterāt,hallucinant,lude
rantq;.Cæteꝝ ut hoc genus q̃ egregie tibi deſcribā,tripli
ci utar argumēto.Principio eñ̄ facti ſunt oēs prophetæ,
diuinaq; myſteria ſinguli pro ſuo genio interp̄tant,maio
rib⁹etiā characterib⁹,obelis uel Aſteriſcis ea ſignātes,q̃ ul̄
modice clero aduerſa uident.Qd̄ facinus non tm̄ reor ut
nūc pleriſq; uerboꝝ cēturijs ip̄m aggredi oporteat,dūmo
do pio zelo & ſynceritate euangelicā fieret.Vellē eñ̄ cū
Paulo oēs prophetare magis q̃ loq linguis.Quis eñ̄ pro- I.Corin.xiiii.
hibere p̄t,ne Heldad & Medad ,pphetēt in caſtris? Quis Iudith.v.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

In homi.lx. Delborā cōiugē Sellū: Quis illū apđ Gregoriū Seruolū?
I Mach.xij. Vellē oēs ſolatio hr̄e ſctōs libros, & ſeſe ad diuina erigere
Mat.vi. q̊ad poſſint. Vellē chriſtianoꝝ iuſticiā abundare, plus q̄
II. Corin.iij. ſcribarū & pharisæorū, qb⁹ per om̄e ſabbatū legit̄ Moſes
ctuum xv. inculcat̄ cabala, prælegit̄ Talmut. Vellē iā uerificari illud
In ep̄la de oi: Hieronymianū. Quod medicorū eſt, medici tractant: fa-
bus, di. hiſt. li. brilia fabri, ſola ſcripturaꝝ ars eſt quā ſibi paſſim oēs uen-
c. vi, dicant. Scribimus indocti, doctiq; poemata paſſim. Hanc
garrula anus, hanc delirus ſenex, hanc ſophiſta uerboſus,
hanc uniuerſi præſumūt & docent. Quin & illud ſibi ui-
derit quiſq; interpres, q̊ ſpū prophetet, legens q̊q; quē in
ſcripturis ſequat̄ interpretē, quē habeat didaſcolū, eū ne q
in lenitatis & euāgelico ſpū uitijs medet̄, corruptionē ca-
pit: Christos tāgit, an q ſibijpſi ſolus & nō ad ſobrietatem
ſapiēs, cerebroſus rabula, oīa canino cōſpurcat dente, con
uitijs, ſcōmatibus, blaſphemijs, iniurijs, calūnijſq;. Hic ue-
luti ſup ardētes prunas gallus, ſcripturaꝝ locos trāſiliens,
ibi uero de ſuo addēs, ſcilicet paleas ad triticū, aquas turbu
lētas, aq̄s Marath ad puteos diuinaꝝ lr̄aꝝ ſynceriſſimos.
Quos uelim etiā paruulos chr̄ian ę fidei cētenis obſeruare
Hieronymus oclis, & oīno eoꝝ ſcripturas nō ꝓbare magis q̄ ueluti Ver
cōtra Vigilā. gili⁹ aurū e ſtercore Ennij, de medijs ſcādalis colligere the
ſcæbā. Atq; ut ex altero aduerteret, Nō eiuſdē hoīs eē au
reos nūmos & ſcripturas ꝓbare, deguſtare uina, & ꝓphe
tas ac ap̄los ītelligere, bellicū canere, cōglomerare cohor
tē, aciē ſtruere, defēſare ab hoſte p̄riaꝫ, i ſontes gladio aīad
uertere, & legē dn̄i meditari die ac nocte. Optet em̄ quēli
bet ſua ſorte eē cōtētū, memorēq; triti adagij, Ne ſutor ul-
I. Corin. xij tra crepidā, Nō oīa poſſum⁹ oēs. Itēq;, Nō oīa uni dij de-
dert. Tūc ei chr̄iana reſp. ſui ītegritate uiget, tūc ſpecie ue
nuſtat̄ & elegātis pulchritudis decorē īduit, dū ſingl'a q̄q;
locū tenēt ſortita decēt̄, dū ē officioꝝ ac graduū nō cōfu-
ſio, ſꝫ diſtributio. Sed qd dicā: Surrexere inumeri doctor
culi, pl⁹ q̄ cētū ſcl'i nr̄i Catones, cētū Pauli, & totidē pſeu-
doeuāgeliſtę, q nedū legis Numæ Pōpilij (q̄ ſtatutū erat,
ut ſi qs t̄minū exaraſſet, & ip̄m et boues ſacros eē) trā ſgreſ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſores ſūt, ſed & diuię ſancie͂tis. Nō oēs eē ꝓphetas, nō oēs
aplos, n̄ oēs doctores. q ſuis neniꝭ ac temeriſſimis technis
etiā & ſub ꝟboꝝ illecebroſo fuco, cū aconito ſchedas ſuas
ſuffarciūt, uiruſqꝫ ſuffūdūt letale, q̊ mactāt, occidūt, ꝑdūtqꝫ
uni⁹ ouilis inoxiū pec⁹. Volebāt deiñ nōnulli h⁹ farinæ ni Scd̄m genus.
miū ſibiꝭpis fidētes furioſiſſimi audaculi, etiā & gladio re-
ſtaurare ſartatecta tēpli, q̊dqꝫ ſcripſere, delere oēm illā mo
nachoꝝ turbā, ad eoꝝ archetypū q Neemię tpib⁹ Hieru- Neem.iiij.
ſalē dirutā reędificātes, una manu gladiū tenebāt, altera ue
ro trullā cemētariā, q̄ faciebāt op⁹, ignari ꝓrſus, ꝙ ꝟbo q̊
olim creuit ecclīa, optebat primū ei⁹ ruinę cōſulere, iuxta
ac exhortationib⁹ optimis, nō clypeo & haſta, nō phalera ij. Mach. xv.
tis caballis, & bōbardaꝝ tonitru, nō q̊libet indocto, eqte,
ſcurra, pharmacopola, aut ꝓfuſo monacho, q in cōpitis et
triuiꝭ euāgeliū ſuū pturiēs, ea dūtaxat docet q̄ uulgo pla-
cēt credulo. Malle⁹ & ſecuris ait ſcriptura, nō ſūt audita ī II. Reg. vi.
tēplo dū ędificaret. Itē Nathan ad Dauid, mltū ſanguinē I. Pa. xxij.
fudiſti, et plīma bella bellaſti, n̄ poteris ędificare domū noī
meo, tāto effuſo ſanguie corā me, fili⁹ q naſcet tibi, erit uir
qetiſſim⁹, ipe ędificabit domū noī meo &c̄. Veꝝ qdē & il
lud ut uł ſemel loquēdo audax ſim, q̊d nemo etiā Chore-
bo ſiue Nabalo ſtultior īficias ibit, uehemēti q̊dā medicīa
op⁹ fuiſſe ecclię nimiū collapſis morib⁹. Nōnulli ei proh-
dolor nimis auaricię ſtudēt, aliiſqꝫ eſurie͂tib⁹ ſoli ebrij ſunt
in meditullio delitiaꝝ uiuētes. Sūt q̊s Amos deſcribit. uac
cę pingues in Samaria, q̄ calūniā faciūt egenis & cōfrīgūt Cap. iiii.
paupes. q̊ſqꝫ Micheas q uiolēt pellē eoꝝ deſup ēis tollūt, Cap. iii.
q comedūt carnes ppli dei, & pellē eoꝝ deſup excoriāt, &
pl⁹ q̄ egregie. diuin⁹ Ezech. ca. xxxiiij. Sūt de qb⁹ in Eſaia
canes muti, nō ualētes latrare, uidētes uana, dormiētes & Cap. lvi.
amātes ſōnia, & canes īpudētiſſimi, neſciētes ſatitatē. Cæ
ci ꝓfecto, & cęcoꝝ duces, ad Endimiōis ſōnū ſtertētes q̊s
niſi a muro Hieroſolymitano arceat Ioab qſpiā uix uiſita- II. Reg. v.
bit collegia nōnulla Chr̄s. Sed uideo ꝓpemodū uſu ueni- Nō ingredie-
re, ut epithima moleſtū & ardēs paꝝ dextrę adhibitū mor ris huc, niſi ab
bū ui exacerbarit, ueri⁹ q̄ expulerit, et dū ſcylla fugit cadat ſtuleris cæcos
in charybdi. Nā eſto diſciplīa ecclīaſt. ī mltis lōge ꝓlapſa & claudos.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a ſynceritate euãgelica,atq; innoxię oues uarijs tricis illa-
queatę, huic tñ uulneri ſuccurrẽdũ erat, Pharmaco mãſue
tudinis euãgelico. Inuocato primũ Machabei ſuoꝝq; cõ-
Mach.xii. uenaꝝ exẽplo, magno mũdi principe, q ſine arietibus &
machinis, tpibus Ieſu pcipitauit muros Hiericho, nõ ſe-
ditioſa libertate, nõ bellico tumultu, nõ cruẽtis digladia-
tiõibus, nõ qlibet Pantomimo, aulico Paraſito, milite gre
gario, Cataſratto, aut lãceario eqte, nõ qbuſlibet Cerethi
ſiue Phileti. Qua tñ in re minime negauerim hæreticum
hoĩem poſt primã & alterã admonitionẽ, hoc eſt ubi ſana
doctrina pceſſerit, de uita tollẽdũ, ut iuxta Pauli monita.
Tit.III. Malũ a nobis ipſis auferat, expurgetq;, & uet⁹ fermẽtum
I.Corin.v. qñ etiã Petrus Ananiã Saphyrãq; morti tradidit caducæ,
Actuum v. Quid enĩ facit chr̃iano in grege lupoꝝ feritas, & canũ ra-
bies, & uenenũ letale ſerpẽtũ, cruentaq; beſtiaꝝ ſæuitia?
Gratulãdũ cũ tales de eccl'ia runcant, ne oues Chr̃i toxica
cõtagione pdent. Cohærere nõ pt amaritudo cũ dulcedi-
ne, cũ lumine caligo, cũ ſerenitate pluuia, pugna cũ pace,
cũ fœcũditate ſterilitas, cũ fontib⁹ ſiccitas, cũ tranqllitate
tẽpeſtas. Iã alius de alio cũ his temerarijs mihi cõflict⁹ eſt
qꝝ qſo qs nõ admiret impudẽtiã? Gloriant ſe eẽ euãgeli-
cos,, atq; ex illi⁹ angeli magni cõſilij uerbis oib⁹ pcepta fa-
Matth.v. ciũt, & tñ immemores ſcripturæ, dicẽtes. Audiſtis qa di-
II.Thimo.II. ctũ ẽ antiqs, oculũ p oculo, dẽtẽ p dẽte, ego aũt dico uob
Roma.xii. nõ reſiſtere malo. Itẽ ſeruũ dei nõ optet litigare. Itẽq;, nõ
Deut.xxxii. uos defẽdẽtes chariſſimi, ſed date locũ iræ, ſcriptũ ẽ ei, red
de mihi uindictã & ego retribuã, & q ſequunt. Percuſſi in
unã maxillã, nõ mox alterã pbent, id certe qd neq; Paul⁹ fe
cit, qñ Ananię mãdãti os ei⁹ pcutere, dicebat. Percutiat te
deus paries dealbatę. Iudicio cõtendũt, nedũ p tunica &
pallio etiã & p faba neutiq uiꝝ euãgelicũ ſiue Cratẽ The
banũ imitãtes. Neq; pedẽ mouere dignant pro his, qbus
tm̃ inimicãt ſacerdotib⁹, taceo ut cũ ipſis deambulẽt duo
milia paſſuũ. O euãgelicos uiros, dicã expſſius. O ſathanę
ſatellites. O oparios ſubdolos. O impudẽtiſſimũ hoĩm ge-
nus, oĩni Protheo & Cameleonte incõſtãtius, qd iã bella

prohibet, iā uero pіagmina tumultuat, oīm maxīe bellico‑
ſiſſimū, q̄ſi uero chrian⁹ princeps ſine cā gladiū portet, ſci Roma.xiij.
licet ne q̄n̄q; in illo corruāt. Ipſos aūt deceat oē q̄d uenerit
in mētē. Quib⁹ certe nihil euāgelicæ ỽitatis adeſſe putaue
rim, q̄ppe q ſtupra, adulteria, furta, rapinas, incēdia, triſti‑
aq; bella, cōciliāt, uarias doli reparant artes, aſtutāq; ſp ge‑
rūt ſub pectore uulpē, licet atrogantiſſima ſupbia, uenere
ſua q̄ urunt, atq; pp̄laris auræ uenatu pculſi, euāgeliū ha‑
ctenus mltis ſeculis, ut uolūt, ſub ſcabello latitās, ſolos ſe
ſape & p̄dicare autumāt, in q̄ certe q̄tū creſcāt, qbuſve uir
tutib⁹ p̄ſtent uel lippiētib⁹ oculis, aut talpa cæciorib⁹ claꝝ.
His ergo ſc̄do loco ſatis in eccl̄iaſticam cōfluentiā deſeui‑
erūt. Tertiū ỽo & ultimū q̄ magis infœliciter, illud eſt q Tertiū genus.
ordinē eius auferūt, q̄ſi oēs æq̄les ſim⁹ diuino iure, æquār
ſacerdotes, cōfeſſores, parrochi, p̄ſules, atq; doctores, Qd'
q̄ſo, qd aliud ē q̄ furere, q̄ honorādis p̄ribus, oēm auferre
honorē? q̄ oīa & infima ſummis, & ſumma infimis, ueluti
in uno Heſiodi ſiue Anaxagorico cahos cōfūdere? q̄ im‑
proba ac ſeditioſa factione, eccl̄iam tollere, q̄ in ipſa ordi‑
nū uarietate cōſiſtit. Regina em̄ hęc deo aſtās, in induuijs Pſalm̄.xliiij.
aureis eaten⁹ plene formoſa ē, & columis, q̄tenus uarieta‑
te circūamicit. Neq; aliter ad illi⁹ triūphantis eccl̄iæ exē‑
plar, q̄d Moſi in mōte mōſtratū eſt, ueluti aurora rutilās, In Exodo.
aut caſtroꝝ acies ordinatiſſima prognaret, aut pulchra ut Can.vi.
luna int̄ tot q̄ in claritate differūt ſtellas, irradiaret, niſi ſub Ibidem.
hoc ordinū diſcrimine. Qd ille Archanoꝝ dei cognitor I.Corin.xv.
Dionyſi⁹ optīe callēs Hierarchiā hāc nr̄am, purgātib⁹ dia
conib⁹, illuminātib⁹ presbyteris, atq; pficiētibus ep̄is, ſc̄tē
diſpoſitā aſſerit, q̄tenus cœleſti, ſupnoꝝ mentiū cōformis
fuerit, ubi diuin⁹ ille influx⁹ p altiores in infimos uſq;, ordi
natiſſime dilabit̄. Hinc & Nicaula Sabeoꝝ & Aethiopię I.Reg.iij.
regina, cū a finib⁹ orbis terrę ueniſſet, auditū Solomonis
ſapiētiā, uidiſſetq; quā erexerat regiā, famuloꝝ uaria pan‑
dochia, & q̄ p̄claꝝ illū miniſtrātiū ordinē, uarios amictus
atq; pincernas, uſq; adeo obſtupuit, ut ultra ſpm̄ nō habe‑
ret. Quæ res ſi p̄ribus credas, multiformes uni⁹ eccl̄iaſtici

corpis gradus pẽffigiabat. Quos & beatiſſim⁹ Paulus do-
cet in illis ipſis uerbis, qb⁹ huic declamatorio ſermoni Co
I. Corin. x. lophonẽ addã. Vnũ corpus inquit mlti ſumus. Nã ſi unũ
Roma. xii. corpus, & corpus nõ eſt unũ mẽbrũ, ſed multa, ergo alter
alterius membrũ, & alius auris, alius oculus, alius pes, alius
I. Corin. xii manus, & ſi quid eſt eiuſmodi in corpore. Sicut eñ corp⁹
unũ eſt, & mẽbra habet multa, oĩa aũt mẽbra corporis cũ
ſint multa, unũ tamen corpus ſunt, ita & Chriſtus. Etẽi
in uno ſpiritu, oẽs nos in unũ corpus baptizati ſumus, ſi
ue Iudæi, ſiue Gentiles, ſiue ſerui, ſiue liberi, & omnes in
uno ſpiritu potati ſumus. Si totum corpus oculus, ubi au-
ditus? Si totũ auditus, ubi odoratus? Amplius ſi eſſent om
nia unũ membrũ, ubi corpus? Nunc ergo multa quidem
membra, unũ autẽ corpus omnes, qui de uno pane & de
uno calice participant. Hæc ſedulo meditemur, & quia ut
I. Corin. xii. iterũ Paulinis utar uerbis, quoſdam, non omnes poſuit in
eccleſia, primũ apoſtolos, ſecundo prophetas, tertio do-
Ibidem. ctores, deinde uirtutes & quæ ſequuntur. Nunquid enim
omnes prophetæ, nunquid omnes apoſtoli, nunquid om
nes doctores? Diuiſiones gratiarũ ſunt miniſtrationũ, &
operatõnum, idem uero corpus, probe callentes, omnem
qui caperata fronte, contranititur, omnia eſſe uolens, pro
Num. xvi. temeritatis auſu diuina animaduerſione puniri. Sic nem-
pe Chore Dathan et Abiron cũ aduerſum Moſen & A-
aron ſacerdotẽ, erigerẽtur, thurificare molientes, pœnas
pro ſuis conatibus penderunt. patuit eñ terra, ruptis com
Ibidem. paginibus, uiuenteſq; ſoli hiatus abſorbuit. Nec factionis
huius ſigniferos tãtũ ira dei pcuſſit, ſed & cæteros ducen-
tos quinquaginta eiuſdẽ furoris cõparticipes, quos cõglo
batos, exiens a domino ignis, properata ultõne deuorauit
admonẽs ſcilicet improbe fieri, quicqd cõtra dei ordinati-
onẽ tentat humana uoluntas. Et filij Aaron, dũ arę alienũ
Leuiti. x. ignem admonẽt, uindicante dño extinguũť. Sic & Ozias
rex, cũ reſiſtente ſibi Azaria ſacerdote, thuribulũ circũagi
taret, improbus ſacrificulus, lepra in fronte notatus eſt, ea
corpis pte, ubi ſignanť q dñi ſunt, faciãt ergo quẽlibet alię

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

na pícula cautũ. Nec qſq̃ alíquẽ in eccl'ia ſibi ſumat hono re, niſi q uocat a deo tanq̃ Aaron, expectet q̃uſq; p manus epoꝝ ſpũs ſcti muniũ indipiſcat. Ne dicat luderãdo ppl'i cõſenſu ſacerdotes fieri atq; deſtitui, eoſq; q nõ cõcionant nihil minus eẽ q̃ ſacerdotes, nec aliter ſacerdotes, q̃ hõ pi ctus eſt hõ, aut certe in ipſa rei natura, Omes nos ęqua di ſtributione eẽ regale ſacerdotiũ, & in cęteris oĩbus pares. Neq; ob id ſe nõ eẽ de corpe ſuſpicet. Si ei dixerit pes qm̃ nõ ſum man⁹, nõ ſum de corpe, nũ ido nõ ẽ de corpe? Et ſi dixerit auris, qm̃ nõ ſũ ocul⁹, nõ ſũ de corpe, nũ ideo nõ ẽ de corpe? Nouit dñs q̃le q̃tũq; talentũ cuiq; tribuat, ut ſer uet cõpago corpis unitaſq; ſpũs i uincl'o pacis. Et i mẽbris nr̃is uidetis frẽs ſingl'a ſuis gaudere officiis. Videt ocul⁹ & nõ audit, auris audit & nõ uidet, manus operat nec audit, nec uidet, pes ãbulat, nec audit nec uidet, nec facit manus opa. Et ſi ſit i corpe uigor, neq; aduerſũ ſe litigẽt mẽbra & auris uidet in ocl'o, & ocul⁹ audit in aure, Nec obiici p̃t au ri, qa nõ uidet ut dicat ei, Nihil es, faciẽ cęli diiudicare nõ noſti, rñdet em̃. In hoc ip̃o capite ſũ ubi ocul⁹, i me lumen cęli nõ uideo, i illo ṽo cũ q̃ ſũ, oĩa cerno. Ita aure dicẽte, pu pilla mihi uidet, ocul⁹ d̃t, mihi auris ṽba diiudicat, ocl'i & aures, deũ exqſiui manib⁹ meis & nõ ſũ decept⁹. man⁹, q̃d ocl'is nr̃is uidim⁹ & aurib⁹ nr̃is audiuim⁹ & man⁹ nr̃æ con trectauerũt, id teſtamur. Oculi, aures, & man⁹, pes me⁹ ſte tit in directo, in eccl'iis bñdicã te dñe. Dirige greſſus meos in ſemitis tuis, ut nõ moueant ueſtigia mea. Omnia em̃ in uno corpe ſibimet cooperant, ſiue gloriat unũ mẽbrũ, cõ gaudent oĩa mẽbra, & ſi qd patit unũ mẽbrũ, cõpatiuntur oĩa mẽbra. Nunqd em̃ qa in corpore pes lõgius diſtat ab oculo, qñ forte pes ſpinã calcauerit deſerũt oculi, & non totũ corpus cõtrahit, & ſedet hõ, curuat ſpina dorſi, ut q̃ rat ſpina q̃ hæſit in planta? Satagunt certe om̃ia membra, ut de læſa uili in loco caruncula educat ſpina, flet oculus, ab alto caput demittit, os loquitur, dolet cor, ſanguis ſtu pet, & uel claudicant ad chyrurgicũ pedes. Quiſquis er go in corpore Chriſti neq̃t ſacrificare, prophetare, ligare,

Hebræ.v.
I. Corin.xij.
Ephe.iiij.
Aug.ſup pſal mũ, Dñe non eſt exal. i ſnĩa.
Iob.xij.
I.Iohan.I.
Pſalm.lxvij.
Pſalm.lxvi.
I.Aorin.xij.
Auguſtinus.

ſoluere, catecizare, e ſuggeſto cõcionari, & q̊d eſt amplius
e tumbis uocare mortuos, nõ ea q̃rat, ſed ijs oĩm ſuoꝝ co-
natuũ ſcopus ſit, ut pſtet in corpe, in q̊ poterit qcqd ualet
Actuum.v. ali⁹. Nã & in Chr̃o Ieſu, maiora uident patraſſe apl̃i, ad q̊
Iohan.iij. rũ umbrã ſanabant ægroti. V ñ? ut ſcʒ plus ualeãt ſarmẽ-
Lucæ.I. ta q̃ radix. Sed apud eũ cui pr̃ tradidit oĩa in man⁹, nõ ẽ im
Iohan.xv. poſſibile oẽ uerbũ, etiã abſq; Petro, q cõtra, ſine corpore et
Chr̃o nõ p̃t facere qcq̃. Et his q̃ſi obiectã calũniã in obla-
trãtes retorq̃at. Quid ſic loq̃ris, Nõ es chr̃ian⁹, qa non oĩa
potes? poſſis & auri dicere, Nõ es in corpe, qa non uides?
Qñ in eo ſum corpe, q̊ Petrus, is & mihi opat uaria prodi
gia, ſigna, atq; portẽta, q̊dq; min⁹ poſſum cõpatiẽ mihi, &
q̊d plus p̃t ipe cõgratulor illi. Hui⁹ frẽs chariſſimi hęc uox
Pſal.cxxx. eſt, Dñe nõ ẽ exaltatũ cor meũ, neq; eleuati ſunt oculi mei
Neq; ambulaui in magnis, neq; in mirabilib⁹ ſup me. Qd
eñ exceſſit uires meas ait, nõ q̃ſiui nõ ibi me extẽdi, nolui
ibi me magnificare. Nolo eoꝝ farinã, q ſemet cũ Adonia
iij.Reg.I. p̃ficiũt in quẽlibet gradũ, q̊s in pſalmo ſpũs ſc̃tũs notat ſe-
dẽtes in peſtilẽtiæ cathedra, peſtes & lues fidei, ſerpentis
ij.Thimo.ij. ore fallẽtes, & adulterãdæ ꝟitatis artifices, q̊ꝝ ſermo ut cã
cer ſerpit, q̊ꝝ flat⁹ ſinguloꝝ p̃cordijs triueneficũ uirus in-
fundit. Quos etiã Ioãnes execrat, & pcutit dicẽs. Ex nob̃
prodierũt, ſed nõ erãt ex nob̃. Nã ſi fuiſſent ex nobis, pmã
Iohan.ij. ſiſſent utiq; nobiſcũ. Sed ut manifeſti ſint, qm̃ nõ ſunt ex
nob̃. Nemo eñ æſtimet bonos de eccl̃ia poſſe diſcedere.
Triticũ nõ rapit uẽtus, nec arborẽ ſolida radice fundatã p
cella ſubuertit. Inanes paleæ tẽpeſtate iac̃tãt, Inualidę ar-
I.Corin.x. bores turbinis incurſu q̃tiunt. Optet aũt & hereſes eẽ, ut
probati manifeſti ſint in nob̃, ſic eñ pbant fideles, ſic pfi-
di uẽtilant, ſic & añ iudicij diẽ, hœdi ſeparãt ab ouib⁹. Ne
Roma.xi. q; ob id ſtantiũ in fide uirt⁹ diminuit, qa illoꝝ fracta eſt fi-
Roma.iij. des, & oliua in oleaſtrũ cõmutata, ul' qa deficiente Iuda a
diſcipuloꝝ cõtubernio, dñs pdit. Quid eñ ſi qdã eoꝝ nõ
crediderũt ait Paulus? Nunqd incredulitas illorũ, fidẽ dei
euacuauit? Abſit, ẽ eñ deus uerax, oĩs hõ ãt mẽdax. Quid
nocuit Stephano cæteriſq; boni teſtimonij uiris, Nicolai-

tatũ hæreſis? Quid Petro, Ananias & Symon? Quid Eli Act,vi.
mas & Magus Barien Paulo? An ne ullã potuit inferre Act.v.&.viij
uim captæ Saræ Pharao? Nõne flagellauit dñs uniuerſam Act.xiij.
domũ ei⁹ ,ppter illã Abrahæ uxorculã? Sic profecto fœ Gene.xiii.
cũda eccl'ia mr̃, q̃ hactenus in fide Abrahæ plures genuit
Iſaacos p̱ repromiſſionẽ minime proſtituit, & a ſponſi ſui Roma.ix.
amplexib⁹ repudiari neqt, hinniat licet Pharao, p̃det hæ
retic⁹, ferociãt Alecto, Thiſiphone, & Megera, & ſi q̃ pe
iores ſiue Acherontis, ſiue Trenari ſint furiæ, cõtra quã
nullæ inferoꝝ portæ p̃ualent. Stat chr̃ianoꝝ etiã & teuto Mat.xvi.
nũ maior p̱s in fidei robore ,pbatior, pſeueratq; in gremio
mr̃is, a q̃ tm̃ gr̃æ ſe nouit cõſecutã. Et opto qdẽ dilectiſſi
mi pr̃es, cõſulo parit̃ & ſuadeo, ut nemo peat. Nemo col Hebræ x.
lectionẽ nr̃am deſerat, ſi tñ nõnullos hui⁹ ſchiſmatis autho
res ob cæcã eoꝝ obſtinatiã nõ poterit ad nr̃m ouile, cõſi
liũ ſalubre reuocare, Vos q ſpiritales eſtis, corripite hmõi
in ſpũ lenitatis. Videte ſi fr̃is aĩam lucrari poſſitis, ob id in Gala.vi.
corruptã adepturi coronã. Offerat qſq; p reſarciẽdo taber Matth.xviii.
naculo quantũ ualet, ſiue aurũ ſiue argẽtum, iacinctũ, aut I.Corin.ix.
purpurã, ſiue ligna ſethim, oleũ ad cõcinãdas lãpades, thi Exodi.xxv.
miama uel etiã pilos capraꝝ. Q; ſi petroſam, ſentibus ſpi
niſq; luxuriãtẽ p̱uiã & oĩquaq; malã terrã offenderit uerbi Lucæ.viij.
ſemẽ greſſus ur̃os, a ſemitis eoꝝ prohibete, aĩas ur̃as de la Prouer.I.
queo uenãtiũ eripite. Recedite a tab̃naculis impioꝝ, ne in Pſal.cxxiij.
uoluamini cũ eis. Quodcũq; eñ tetigerit immũd⁹, immũ Nume.xviij.
dũ erit, a cõtacta pice coinqnatũ, a modico fermẽto corru
ptũ. Vitate q̃ſo eiuſmodi hoĩes, & ab oĩni latere auribuſ
q; p̱niciosa colloqa, ceu mortis cõtagiũ arcete, ſicut ſcrip
tũ eſt, Sopi aures tuas ſpinis, & linguã nequã noli audire, Eccle.xxviij.
& ori tuo ſc̃tõ oſtia, & ſeras aurib⁹ tuis. Et iterũ, Nolite ſe
duci. Corrũpunt bonos mores colloqa praua. In nr̃m eñ
exitiũ p̱uigiles excubãt cũ Sathana mille dolis, mille nocẽ
di artib⁹ armati cõtendẽtes mẽtes nr̃as, e ſublimi cõfigere,
qb⁹ qdẽ neq; Herculi, neq; Cephalo, & qd æthnicos me
morẽ, neq; Gabaonitis ullũ iaculũ certi⁹, niſi fidei impene
trabili ſcuto excipiant. Cõteſtãtis apl'i uox eſt, denũciam⁹

uobis frēs, in noīe dn̄i nr̄i Ieſu Chr̄i, ut ſubtrahatis uos ab
om̄i fratre ambulāte inordinate, & nō ſcd̄m traditionem
quā acceperūt a nobis. Et iteꝝ, Nemo uos ſeducat inani-
Ephe.v. bus uerbis, propter hæc em̄ uenit ira dei in filios diffidētię
Ezech viii. Nolite ergo effici participes eoꝝ, Verterūt dorſa ad tem-
Hiere.II. plū, neſcio quē plāgētes Adonidē, deliquerūt dn̄m fontē
aquæ uiuę, & fecerūt ſibi ciſternas diſſipatas fere oblitera
torū hæreſiarchaꝝ. Quapropter ſpernēda eſt hæc Sodo-
ma atq; Gomorrha, ne pari crimine, & ipſi teneamur. No
bis em̄ un⁹ deus ē, & pr̄ oīm, q eſt ſup oēs & p oīa, & i oī-
bus nobis, unus Chr̄s, una ecclīa, unus dn̄s, una fides, unū
baptiſma. Oēs (inqt) in unū corpus baptiſati ſum⁹, & mlt̄i
I,Corin.xii. unū corpus ſumus. Quid eſt unū corpus? Ne diſtrahatur
I.Corin.x. ſed mutua inter ſe connexione cohæreat, ne nos alterutrū
cōtemnamus, potius alter alteri⁹ onera portet. Nemo em̄
Gala.v. unq̄ carnē ſuā odio habuit, ſed enutrit, & fouet eā, propte
rea domū unā deus dedit, mūdū, oībus unū ſolē accendit,
unū extēdit tectū, cœlū, unū generationis modū largitus
eſt, unā patriā, mēſam appoſuit unā, terrā dedit & aliā hac
multo maiorē, uerū & hāc unā, myſterioꝝ cōſortes norūt
q̊d dicit, Oēs em̄ de uno pane participam⁹, & ſimul i unū
I.Corin.x. diues & paup, uno poculo reficimur. Nec q plus colligit
de manna, habet amplius, nec q minus parauerat, repit mi
Exodi.xvi. nus, ſed gomor p ſingula capita. Sed ſumit un⁹, ſumūt mil
le, tm̄ iſti quantū ille, Semp ergo uiri ſonet ſuauis hęc me
Pſal.cxxxij. lodia in auribus nr̄is. Ecce q̄ bonū & q̄ iucundū habitare
Auguſtinus. frēs in unū, ex q̊ & monachi appellati ſunt, & monaſteria
genita, ſonuit em̄ p orbē terræ & q diſperſi erāt cōgregati
Act,iiii. ſunt in unū, factaq; ſunt eis cor unū, & aia in dn̄o. Vn̄ & il
le unus ſanabat in piſcina, q̊ꝝ ille unus, q inuētus eſt, tri-
Iohan.v. gintaocto annos hn̄s in infirmitate ſua? Nimiꝝ qa una eſt
ecclīa, unū corpus, q̊d ſp ſanat, magnus ille de cœlo adue-
Eſaiæ.lxi. niens medicus, ille Samaritanus, ſermo ille diuinus, q me-
Cypri. i ſnīa. det cōtritis corde, Licet ergo pacis inimici, & emuli ſacer
dotū in cōfeſſione Chr̄i occiſi fuerint, noxa hæc, nec ſan-
guine eluet, nec purgabit carbonib⁹ uaſtatorijs. Inexpia

bilis eñ diſcordię culpa, nec paſſione purgaṫ. Eſſe martyr
nõ p̃t, q p charitatẽ in deo, eiuſq; cõcordi eccl̃ia nõ manet
Paulo id cõteſtante, ubi ait. Et ſi tradidero corpus meũ, ita
ut ardeã, charitatẽ aũt nõ habeã, nihil mihi prodeſt. Arde
ant ergo licet flãmis, & aquis traditi, uel obiecti beſtijs ani I. Corin. xiii
mas ſuat ponãt, nõ erit hæc fidei corona, ſed pœna pfidiæ
nec religioſæ uirtutis exitus, ſed deſperationis p̃ſumptio-
niſq; interitus. Occidi eñ p̃t, coronari nõ p̃t, q eã q̃ regna-
tura eſt, deſerit. Sic ſe chr̃ianos profiteñ, qũo & Chriſtũ
diabolus ſæpe mentiṫ, qñ ſe in euãgeliũ lucis transformat, II. Co. xi.
ipſo dño p̃monente. Multi uenient in noie meo dicentes, Mat. xiii.
ego ſum Chr̃s, & multos ſeducent, qũo & illi q ſe uirtutes Matth. vii.
multas pfeciſſe dicent, q audient. Amen dico uobis neſcio
uos, Eia igiṫ fr̃es chariſſimi chriſtianã cõcordiã, utriſq; bra
chijs amplectemur, maxime uero, q iã circa hanc aquarũ
Rheni, Moſellæq; Confluentiã cõfluximus, confluamus
quæſo, oro atq; obſecro in Cõflentiã unã. Aquæ eñ mul
tæ, populi multi, neq; cuticulã (q̃d aiunt) noſtrã ocioſi tra- Apoca. xvii.
ctemus, ſed in ea Confluentia mutũ nos opponamus pro
domo Iſrael. Diligamus pacis uinculũ, teſtamentũ Chr̃i,
q̃d ſolum facit uidere dies bonos, poſteſq; animæ nr̃æ ſan
guine unici ſubliniamus, a deuaſtãte angelo & Aegyptũ
percutiente liberandi probe callentes. Qm̃ unus panis &
unũ corpus multi ſumꝰ, oẽs qui de uno pane & de uno ca-
lice participamus. gratia & miſericordia domini noſtri Ie
ſu Chriſti benedicti in ſæcula Amen. τελος.

¶ Exclamatio cuiuſdam
Neotherici.

Exijt a mundo, uerum, iuſtumq;, capaci.
Eſt natum falſum turpiter, abſq; fide.

¶ Coloniæ in officina honeſti ciuis
Petri Quentell.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

I Roffens
Epist

Th
1505